

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

DOMINICA XXII. POST TRINIT.

Evangelium Matth. 18. v. 23. -- 35.

EXORDIUM.

CUm Moles jussu Dei virgam suam projiceret, versa est illa in colubrum: unde exterritus Moles, ita ut fugeret. Sed dixit Dominus Deus, ut extenderet manum suam, & apprehenderet caudam ejus. Hoc facto, versa est in virgam in manu ejus, Exod. 4. v. 4.

Ex hac historia pii veteres elegantem Allegoriam confecerunt.

Peccatum, Vos mei! colubro non dissimile est, primò *ratione originis*. Oritur enim à Diabolo, qui serpens antiquus dicitur, Apoc. 12. v. 9. quia per serpentem Protoplastos nostros in Paradiso seduxit, Gen. 3. v. 1. deinde & *ratione veneni*, quo infectus est. Unde Siracides: Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accelleris ad illa, mordebunt te, Sir. 21. v. 2. Nam hic coluber alios secum affert: sicut Deus serpentes ignitos misit in Israelitas, cum peccassent, ad plagas & mortes plurimorum, Num. 21. v. 6. Ita hodie tenus adhuc multiplices pœnas & plagas habet, quibus impœniter castigat: Tormenta bellica, quæ & ipsa serpentes *Seldschlangen* vocantur: Famem, quæ instar serpentis ex unâ regione in aliam serpit, & ut ignis, medullam consumit in ossibus, Thren. 1. v. 13. ut sint velut bis mortui, Ep. Jud. v. 12. ut & febres pestilentiales, quibus homines subito abripantur, & morti mancipantur. Est enim justus judex, & Deus minitans,

per singulos dies, Psal. 7. vers. 12. seqq.

Hæc mala ut antevertamus, velut Moles caudam hujus colubri apprehendamus oportet: h. e. perpendamus, quid tandem peccata sequatur, nempe temporalis & æterna mors, quæ & stipendium peccati dicitur, Rom. 6. v. 23. Hinc Veteres dixerunt, peccatum non intuendum, *tantumquam accedens*, ubi blanditur & voluptatem ostendit: sed *tantumquam recedens*, ubi pœnitentia consequitur, & ejusmodi fructus, in quo erubescimus, Rom. 6. v. 21.

Hoc si servus ille nequam ad animum sibi revocasset, non adeo securè in diem vixisset, & peccata pœccatis cumulasset, dum adeo æs alienum multiplicavit, ut decem millibus talentorum Domino obstrictus, solvendo non fuerit. Ut pluribus ex prælecta Pericope audiemus.

Nos instituti nostri memores spectabimus

I. *Triplicem Querelam.*

II. *Triplicem Medelam.*

III. *Triplicem Cautelam.*

J. J.

Exegetis.

DE Persis scribitur, quod duobus vitiis laborent, quorum primum, *multum debere*, alterum, *multum mentiri*.

Utique vitium reperitur in servo nequam prælecti Evangelii. Debat enim

Do.